



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodus Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

III. Quod non oporteat principes eligere episcopum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

stoli librum, & omnem diuinam scripturam: atque secundum Dei mandata conuersari & docere populum sibi commissum. Substantia enim summi sacerdotii nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera scripturarum diuinarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius. quod si * disceptauerit, nullatenus consecratur. Ait enim * propheticè Deus: *Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.*

* Gr. haustauerit, & non ita facere ac docere libenter uoluerit, nullat.
* Ofs. 4.

III.

Quod non oporteat principes eligere episcopum.

Omnis electio a principibus facta episcopi aut presbyteri aut diaconi, irrita maneat secundum regulam quæ dicit: * Si quis episcopus sæcularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur: & * segregentur omnes qui illi communicant. Oportet enim ut qui prouidendus est in episcopum, ab episcopis eligatur; quemadmodum a sanctis patribus qui apud Nicæam conuenerunt, in regula definitum est, quæ dicit: Episcopum conuenit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in prouincia, episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit aut propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipsum conuenientibus, & aliis per literas consentientibus, tunc consecratio fiat. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per vnamquamque prouinciam metropolitano tribuatur antistiti.

Canon. apost. 30.
* Gr. segregentur, & omnes qui
Can. 4.

σολου βιβλον, & πᾶσαν τὴν θείαν γραφὴν. & κτ' τὰ θεία ἐντάλματα διὰ σφραγίδων, & διδάσκων κατ' αὐτὸν λαόν. οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ὅτι τὰ θεοπαράδοτα λόγια, εἴπωμι ἢ τῶν θείων γραφῶν ἀληθινὴ ἑρμηνεία, καθὼς ὁ μέγας ἀπεφώνησε Διονύσιος. εἰ δὲ ἀμφισβητοῖν, & μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε & διδάσκων, μὴ χρονοποιεῖτω. ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ θεός· σὺ ἑπὶ τῶν ἁγίων ἀπέσωσται, καὶ γὰρ ἀπόσωμαί σε, τὴν μὴ ἰερατεύειν μοι.

γ.

Οὐ οὐ δεῖ ἀρχοντας ψιφίζεσθαι ἑπισκοπον.

Πᾶσαν ψιφίαν γινωσκόντων ἀρχόντων, ἑπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, ἀκυρον μένει κτ' καὶ κανόνα λέγοντα· εἰ τις ἑπίσκοπος κοσμικοῖς ἀρχαῖσι χρῆσασθῆκε, δι' αὐτῶν ἐγκρατῆς ἐκκλησίας γνήσια, καθαρῶς εἰσάγει & ἀφορεῖται, & οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. δεῖ γὰρ μέλλοντα προσβιβάζεσθαι εἰς ἑπισκοπὴν, ὑπὸ ἑπισκόπων ψιφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὤρεται ἐν τῷ κανόνι τῶν λέγοντι· ἑπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ ποιῆσαι, ἢ διὰ κατεπίγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἢ ἀπαντῶν τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ σωμαζομένοις, συμπλήφων γινωσκόντων καὶ τῶν ἀπόντων, & σωπηδόνων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χρῆσιν αὐτῶν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῶρον τῶν γινωσκόντων δίδεσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.